

Ann. V.

Num. I.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

VARSAVIAE POLONORUM
rakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W.
28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTEMTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK
52, Barclay Street.

CINCINNATI
436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost et S. Rituum Congr.

Typogr.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

DE OPTATIS QUIBUSDAM CIRCA POPULAREM CHRISTIANAM CIVITATEM	I. Toniolo.
DE SABBATO APUD « GENTILES » SERVATO	S. Figielksi.
HORAE SUBSECIVAE. — DE CONVIIS	E. De Azevedo.
DE COMMENTICIA FABULA PAULI BOURGET NOVISSIMA	I. Antonelli.
DE CAROLO DOLCI EIUSQUE TABULIS	Laelius.
EPIPHANIA DOMINI IN ARTIBUS OPTIMIS ET MORIBUS POPULORUM	Senior.
COMMUNIA VITAE. - Latinitati utile, recens, vaporitraha rapiente, iter.	H.D.V. Pieralice.
ZUIDERZEE MARE EXSICCANDUM	A. Costaggini.
FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE.	Fr. Xav. Reuss.
DE CHOREIS	P. Alexis.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
AENIGMATA	Fr. Palata.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM Viator.
LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

Imprim. mense

M CMII

COMMENTARI "VOX URBIS,,

SOCIIS ET LECTORIBUS

IN ANNUM MCMII

QUADRIENNIO iam assueti, diebus hisce redeuntibus quotannis et facta respximus, et facienda promisimus; illa ut ostenderemus nos religiose fidem servasse, haec ut iueundiora sociis nostris polliceremur. Nullum quippe mortale opus est, quod ipso in exordio undequaque perfectum sit atque expolitum, ipsaque signa Mironis, affabre quamvis conflata, polientis minima limae labore et mora indigebant.

Itaque commentario nostro unusquisque annus plura attulit emolumenta, sive amplificanda indicaret, sive minuenda ostenderet, sive nova induenda suaderet, sive penitus exterminanda monstraret. Qua quidem in re magni fuit nobis opera sociorum, qui vel missis epistolis, vel communicatis ore consiliis, vel datis elueubrationibus undique gentium nonnulla emendarunt, plura auxerunt, plurima perfecerunt. Nos autem dociles gratique tantis viris laeti accipiebamus quae mittebantur, et morem gerebamus eruditis, quorum nominibus quasi totidem stellis commentarius noster coruseat, et, audientes dicto in meliora conantium, in meliora pariter nitbamur. Ita coniunctis viribus, factum est ut ex nostra tribus atque exteris nemo nobis crimen impegerit, quasi promissa dedissemus, quae non ad unguem praestitissimus.

Nunc itaque quae erunt futura perspicimus laeto animo tempora, praecepitum quasi indicantes callem, per quem proximo anno grademur. Meta quidem una est, incrementum latinitatis; quam tamen in metam, non una sternitur via. Nos neque superbe tenuisse magnis itineribus propositum finem, neque semitas creasse confitemur, contenti exiguo calle, quem ab ipso commentarii exordio inivimus. Cui quidem nec spinae, nec sentes defuerunt; sed propositi tenax animus, sed conscientia boni, sed gratia vestra, o socii, sed labor assiduus omnia vicerunt, ita ut quasi e collis apice superata spatia respicientes, non quidem ab ipso condito commentario, sed ab iis, quae superioris anni initium signarunt, laetari liceat et fructus uberes, et iucundissimos visu flores percepisse una cum laude sapientum.

Enimvero elabente iam anno auctus est commentarius figuris, elueurbationibus, nitidioribus literarum notis; auctus non medioriter scriptorum numerus, quos inter magno cum gaudio accensuimus viros litterarum fama clarissimos. Accessit scriptorum centuria, quibus calidus iuventa sanguis fervet, et spes arridet, et est praevisa boni voluntas. Iamque hisce

sunt fortia bello
Pectora, sunt animi, promptaque ad fortia vires;

ac tempus erit, quo non inter triarios modo, sed et inter primipilos, dueisque versentur. Igitur spes magna arridet fore ut, hisce adeuntibus, et alios atque alios allientibus, messis uberrima erescat, et vetus gloria latinitatis tandem aliquando revirescat.

Vos autem maxime, adolescentes, illud ne fugiat, in litteris fieri, quod in aedificiis exstruendis quotidie videtis. Non unius opera, non uno lapide illa excitantur, sed coniunctione plurium; hi enim caementa comportant, hi lapides, hi arenas, hi fontem, hi lateres, hi trabes, hi tigillos, dum illi saxa scalpis aptant, illi marmora secant, illi varia obeunt munera ut opus exsurgat ad solaria, ad teeta, ad crepidinum, ad fastigium. Ferat unusquisque vestrum quod potest, qui simul omnes omnia potestis; nam unusquisque sua regionis praestabilia novit, quae, si notarit communicabitque, coalescet opus, et commentarius noster, cui patent omnia litora regionesque omnes orbis terrarum, dominium gentium, quod latina lingua tenet, notitiis undique susceptis, facile praferet ipso in incessu, et in fronte.

Quae igitur monumenta vel sub dio pateant, vel reperiantur effossa, quae industriis, negotiationibus, commerciis terra marique tententur, quae denique in omni genere usui hominum inventa sint, a singulis vobis expectamus, qui non mediocrem honorem apud omnes eritis adepturi ex restitura latinitate, in quam feliciter incubuistis, pelago ratem primi commitentes.

Atque haec pars auxilii est, quod flagitamus. Nam, si quid gratiae apud socios ac lectores labores nostri meruerunt, illud etiam vehementer petimus, ut qui nomina commentario dederunt, non ipsi modo in proposito content, sed suos inter amicos sociorum numerum quaerant. Impendia quippe enormia sunt, quibus pares non efficiemur, nisi societate multorum. His autem largienda futuro anno praemia, eademque more nostro munifica, proposuimus, quae sequuntur.

Compertum est paene omnibus, Florentiae aedificium esse fratrum Alinari proprium, in quo, artificio mirabili «photographica» plurima undique exquisita, exprimuntur. Nos iampidem ab eius officinae dominis libenter concessa usi facultate sumus referendi in imaginibus Commentarii quotquot ex opificio eorum tabulae placuisse; qua quidem potestate intra urbanitatem et non sine magna lectorum delectatione hactenus usi sumus. Hi autem Alinari fratres, qui tanta felicitate eiusmodi industria potiti sunt, per eamque, parta sibi singulari

scientia lucis, egregiam sui nominis famam undique gentium divulgarunt, experimentis plurimis patientissime adhibitis, tandem aliquando id sunt consecuti, quod ferme maximum in re videbatur, quomodo tabulis, imaginibus, locis, regionibus aptarent colores eosdem, quibus illa aut natura, aut arte essent praedita. Haec, visu sane mirabilia, Florentiae his diebus edidit apta officina, quam A. Pini moderatur, patentque metr. $0,30 \times 0,40$; quod autem super cetera movet est colorum vis, qua non squalentes apparent imagines, sed clarae, vivae, nitentes quasi e manibus egregii artificis prodierint recentissime. En autem tabularum indicem, quas nostris hisce oculis obstupescentes vidimus, quas sociis comparaturi sumus:

- I. **Pallas Minerva.** — Tabula ALEXANDRI F. LIPEPI (vulgo *Botticelli*). Est in regiis aedibus palatii Pitti, Florentiae.
- II. Tabula titulo **Madonnina** auctorem habens RUPERTUM FERRUZZI. In ostento Venetiis habito an. MDCCCXCVII celebratum hoc opus emit servatque Ioannes G. A. Leishman.
- III. **Maria Virgo Mater cum Divino Filiolo.** — Tabula CAROLI DOLCI, in regiis aedibus uti supra asservata.
- IV. **Magdalena.** — Eiusdem DOLCI tabula est in pinacoteca *degli Uffizi*, Florentiae.
- V. **Maria Iesum puerum adorans.** Effinxit ANTONIUS ALLEGRI (vulgo *il Correggio*). In eadem pinacoteca.
- VI. **Idem argumentum quod tractavit PHILIPPUS LIPPI.** Ibidem.

Habebunt ex his pulcherrimis «photoeromis» unam, prouti elegerint, singuli socii, qui, praeter suam subnotationem, *recto tramite ad Aristidem Leonori equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem, Romanam, via Alessandrina, 87*, persolutam missamque, novam subnotationem cum eiusdem pretio miserint. Quot autem erunt subnotatores novi, totidem photoeromias iuxta optionem accipiet qui ipsos procuravit. Qui vero novos subnotatores miserit duos, hic vel duas, quas maluerit, photoeromias eliget, vel tertiam sibi subnotationem nullo pretio.

Proposita haec dona, quae sociis futura grata confidimus, animos addant ad latinitatis causam tuendam, quae optimo cuique est causa humanitatis.

VOX URBIS.

verbis deletis, scribat:
o » vel « Praemittis », —
narraks, scbi, dolli, rul,

in ipso commentarii

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIJS

(1) Pro una submittitio dicat: « Hanc novam submittitioem ». — (2) Exprimat numerum libellarium, sive marcas, scb, doll, rubl, flor. — (3) Nomina et domicilia socii. — (4) Add. « iam solvit » vel « hodie pariter solvit ». — (5) « Præmio » vel « præmii ». — (6) « Sigmatu » vel « signatis ». — (7) Exprimat num. photogramme, protul in commentario; vel, pro re, his verbis deletis, scribat:

DOMICILIUM	NOMEN	2

SCHEDULA SUBNOTATIONIS COMPLEMENTARI VON TRBIS

*Ad Aristideum Leonorii equitem, commentarium Vox Ultrae possessorum et administratorum,
Romam, Via Alessandrina, 87.*

	NOMEN	DOMICILIUM
1		
2		
3		
4		
5		
6		
7		
8		
9		
10		
11		
12		
13		
14		
15		

minis negingat, absque manifesta laesione iustitiae. Immo confiteatur necesse est, ipsas inter haereticas nationes tanta pro populo fuisse

Sed pariter et integritatis atque dignitatis specimina manent edenda divitibus; manent et

sed in communem operam alacres manus universi conferant.

JOSEPHUS TONIOLO.

STRATOR:
RI, eques
lrina, 87.

n sit, sive mentis, do-
tia sint vitanda, vitia
ipsa voluptatum tem-
nuata satis egenorum,
endae vitae deliciae,
ie, quantum fas sit,
xumque favorem. Ser-
iaeque Christiani do-
s ditionis quisque tam-
erens in iis quae su-
ples inde quasi pro-
Inde omnis honos ef-
tur; inde christianaem
m est.

a maxime urget ne-
a suos dominos iura
constituantur. Labor
aepe, ut clamet suum
omnemque iustitiam.
staurandae pactiones
s suos agricolas re-
is iuxta lege conve-
ne miseri uno do-
uctu priventur: quae
sensu ineunda puta-
domina ac principe

ebitus opificie honesto
Christo, serviendum
si Christi imaginem
ionis debitum ipsis
im laborem servis,
tum, ipse Deus suis
atque supra cetera
modo ut haec sibi so-
vindicare, optimum
coronam novi iuris,
hodierno in discri-
fideles atque Dei
i Magistri exemplo
ris, atque ut asse-
s auspicamur. Modo
angelica monumenta
m ut nemo de nova
xius adhuc haereat:

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.



*C*ommentario nostro annum quintum inscribentes facere non possumus quin ante omnia animum ad socios adiciamus, qui consilio et re coeptis nostris assenserunt, tantaque fide et constantia adfuere. Quod si non parem meritis, pro nostro tamen studio meritam, credant, ipsis gratiam tribuimus; tribuimus et omnia, ut per integrum huius anni cursum bona omnia, fausta, felicia ipsis procedant, utque una nobiscum formam illam eximiam, quam animo simul comprehensam habemus, ad quam tantopere contendimus, rideant tandem omnium usui acquisitionam!

VOX URBIS.



DE OPTATIS QUIBUSDAM CIRCA POPULAREM CHRISTIANAM CIVITATEM.

Ecclésiae historia est, quae plane docet numquam firmius divinis sponzionibus credendum esse, quam cum, hostili acie invadente, deficeret paene Christicolum fata videantur. Memoranda haec dixerim timidis Christi assecilis, quos de novissimis Ecclesiae fatis iniqua dubia torquent, quique novae factionis fidelium, a Christiana populari civitate nuncupatae, ancipi mente studia spectant.

Numne hos effugit quanto labore et quanta virtute quantisque viris hodierna molimina parata fuerint? Cuiusnam, quaeso, doctrinae sunt nomina Moehler, Philipps, Görres, Heltinger, Iannissen, Chateaubriand, Laclaire, Montalembert, Ozanam, Dupanloup, Cortes, Balmes, Wiseman, Newman, aliaque sexenta; aut quorum documentorum asseciae isti fuerunt? Iamque nemo legionem hanc tamquam nullius nominis negligat, absque manifesta laesione iustitiae. Immo confiteatur necesse est, ipsas inter haereticas nationes tanta pro populo fuisse

cauta ex Evangelicis deducta praeceptis, quanta vix post Luteranam persionem quis fuisset auspicatus.

Fatemur equidem magnum semper aliquid ad rem complendam desiderari: fatemur humiores inter atque honestiores ordines per exiguum dinumerari agmen talia operantium. Insuper et qui conferunt ad opus manus, eas tamen non conserunt, una lege, una pactio coniunctas; sed alii ab aliis seiunetim adlaborant, tantique ausus fructus dispersa opera male minuunt. Heic vero, dum «socialistae» alia prorsus ratione se gerunt, gravissimus error noster. Credunt enim plebes a nullis aliis quam ab iis sua iura defendi, et a Christi Fide atque a reipublicae sacramento cito transfigunt.



Quid igitur, — quaerat fortasse quispiam, — cavendum? Nihil sane quod a munere, a iustitia, a Christi caritate aberret; nil immo quod ipsae hae virtutes non doceant, suadeant, ubeant, dummodo omnia ut novae aetati serviant, apta lege regantur.



Tainius fuit, litterarum ille subtilis aestimator, qui Gallos optimates pulsis regibus fidos dixit tribunorum esse manipulum emeritis stipendiis quiescentem. Quies huius similis patricis nostris modo imminet, nisi a somno surgent. Ipsi itaque primi ut auctoritate hactenus et genere, ita et opera et exemplo praeluceant ceteris oportet. Munus enim novum non vacue onera Pontificis ipsius verbum quiescentibus imposuit: non quidem ut sua subsellia linquant nomenque abiiciant gloria illustre, quod a maioribus accepere, sed ut plebem miseram malis exagitatam odiis voent ad sese atque sublevent, mulceant, erudiant, omni opere iuuent. Dimittant ergo vaniloquia sub specie libertatis fovendae in Christi fidem iactata, Deique Ecclesiam lassessere desinant! Redendum enim ad sacra limina ipsis primis; quorum confortati exemplo, caelestia charismata humiliores quoque petent frequentius, suisque missiis atque doloribus aptum iuvamen in ipsis invenient.

Sed pariter et integritatis atque dignitatis specimina manent edenda divitibus; manent et

laboris, qui, sive manuum sit, sive mentis, doceat tamen quo studio otia sint vitanda, vita arcenda; manent et in ipsa voluptatum temperie, unde luxuries attenuata satis egenorum, quibus nullae sunt vivenda vitae deliciae, odia temperet, minuatque, quantum fas sit, iniqua fortunae dona fluxumque favorem. Servanda itaque munera quaeque Christiani dominii ad unguem, quibus ditior quisque tamquam pauperis negotia gerens in iis quae supersunt constituitur: locuples inde quasi procurator pauperum exstat. Inde omnis honos effluit, qui principibus debetur; inde christiana civitatis ducendum initium est.



Prae omnibus vero una maxime urget necessitas ut egenorum erga suos dominos iura muneraque christiana lege constituantur. Labor enim manuum ita venit saepe, ut clamet suum pretium contra ius omne omnemque iustitiam. Terrarum dominis igitur instaurandae pactiones atque extenuandae, quibus suos agricultores regunt; officinarum magistris iuxta lege convenientum cum opificibus, ne miseri uno domini arbitrio sui laboris fructu priventur: quae omnia mutuo partium consensu ineunda putamus duce iustitia et quasi domina ac principe caritate.

Ultimum est, ut honos debitus opifici honesto reddatur. Ut enim, docente Christo, serviendum est pauperibus, tamquam si Christi imaginem proferant, ita et venerationis debitum ipsis persolvendum. Manuum enim labore servis, tantum in antiquitate relictum, ipse Deus suis manibus nobilem efficit atque supra cetera hominum opera extulit. Modo ut haec sibi sociisque suis opifices audeant vindicare, optimum ducimus: atque ea, veluti coronam novi iuris, quemadmodum praelucere hodierno in disermine credimus. Quae nos fideles atque Dei Verbum profitentes, Divini Magistri exemplo aucti probamus prae ceteris, atque ut assequantur quam brevi plebes auspicamur. Modo sint divina verba atque Evangelica monumenta tamquam luculentum signum ut nemo de nova rerum facie dubitet, vel anxius adhuc haereat: sed in communem operam alacres manus universi conferant.

JOSEPHUS TONIOLO.

minis famam unxperimentis plu-
ndem aliquando maximum in re-
magnibus, locis,
dem, quibus illa-
dita. Haec, visu-
tibus edidit apta-
ratur, patentque
super cetera
squallentes ap-
vivae, nientes
is prodierint re-
m indicem, quas
vidimus, quas-

ALEXANDRI Fi-
st in regiis aedi-
ae.

uctorem habens
ostentu Venetiis
celebratum hoc
G. A. Leishman.
Divino Filio.
in regiis aedibus

DOLCI tabula est
i, Florentiae.
orans. Effinxit
Correggio). In

tractavit Phi-

nis «photocro-
nguli socii, qui,
cto tramite ad
mentarii VOX
stratorem, Ro-
lolutam missam-
eiusdem pretio
notatores novi,
ionem accipiet
vos subnotato-
quas maluerit,
sibi subnotatio-

is futura grata
nitatis causam
est causa huma-
X URBIS.

DE SABBATO APUD "GENTILES,, SERVATO.

CUM Commentarii nostri propositum sit, haud novas tantum notasque eruditorum animadversiones lectori exponere, sed etiam rariora opuscula sententiasque ex situ ac pulvere, in quo passim delitescunt, in lucem producere, non abs re erit quaedam de sabbato apud «Gentiles» afferre. Cuius dissertationis occasionem praebuit mihi recens quod habui colloquium cum quodam docto «rabbino»; rem postea eum serutassem, investigassem, eumque multa revera de ipsa invenissem, pro ingenii viribus explicare aggressus sum, id contendens, ut modeste, perspicue et quantum fieri potest breviter facerem. Sed quaedam sunt praenotanda.

Consideratione imprimis dignum est, etsi ethnici fastidiose Israelitarum mores et instituta quandam neglexerint atque adspersati sint, non pauca tamen in eorum monumentis oecurrere, quae perpetua testificatione divinam veritatem commendent: «quia quod notum est Dei, manifestum est in illis; Deus enim illis manifestavit» – uti insinuat Doctor gentium in epistola ad Romanos (1). «Invisibilia enim ipsius (Dei) a creatura mundi per ea, quae facta sunt intellecta, conspicuntur». Sed etiam mysteriorum, in quae numquam penetrare potest humauus intellectus, deprehenduntur indieia. Ita memoriae proditum est de sacrosaneta Trinitate Aegyptiorum Sarapin, apud Romanos Apollinem de Servatore reeens nato responsa dedit. De angelis item, et de diuturnitate mundi et de futura conflagratione; immo etiam de resurrectione earnis varii veterum extant loei. De sabbati autem lege, quam tanta severitate statuere Deo placuit, non ignobilis inter eruditos concertatio fuit: utrum scilicet inter Gentiles etiam observata lex illa fuerit; undeque – si servata est – innotuerit assumptaque sit?

I.

Praetermittere non possum quin ipsum prius Sabbati nomen enucleem. Illepidam videtur esse cavillatio ista, quae a «Sabbo», hoc est Baccho nomen illud deducit. Eiusdem farinae est ea, quae quasi a voce aegyptiaca *sabbo* (inguinum uleus denotante) sabbatum dictum esse arbitratur. Voci origo fere in vulgus nota est, nimurum a *szabos* hebraico, quod est quiescere, cessare; qua significatione apud cognatas etiam linguas, chaldeam veluti, syriacam et arabicam, idem verbum obvium est. Praeterquam quod septimus semper hebdomadis dies voce ista indigitatur, per synedoche «sabbatum» quandoque integrum etiam notat hebdomadam. Porro septimum annum sabbatum aliquando appellari in Scripturis divinis itidem notum est. Propius autem hue spectat, quod et aliae feriae seu festa Hebraeorum eandem nominationem sint consecuta; unde e. g. dies expiationum «sabbatum requietionis» expressis verbis vocatur (2). Ipsosque gentiles festa Iudeorum quaelibet sabbata vocasse compertum est. Ita Iuvenalis (*Sat. VI*):

... *adamas notissimus et Berenices
in dito factus pretiosior, hunc dedit olim
barbarus incestu, dedit hunc Agrippa sorori,
observant ubi festa mero pede Sabbathu Reges* (3).

(1) C. I, v. 19, 20. — (2) LEVIT., c. XXIII, v. 32. — (3) Historiam habes ap. JOSEPH. FLAV., I. II, c. XV. Bell. Iud.

Haec de nomine ipso sufficiant. Nam, ut de sabbati distinctione dicam, qua modo in sabbatum creationis, redemptionis, modo in externum, internum, aeternum dispescitur caussam habeo nullam; non enim hic est tractatus theologicus.

Quid autem de quiete et vacatione ab operibus propter cultum religiosum tam de festis quibusvis, quam praelestum de septimo eiususvis hebdomadae die intelligi debeat, id explicabitur in sequentibus.

Iamvero in memoriam adducamus illa (1) divina verba: «Memento ut diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis et facies omnia opera tua. Septima autem die sabbatum Domini Dei tui est: non facies omne opus in eo tu, et filius tuus et filia tua, servus tuus et ancilla tua, iumentum tuum et advena qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus caelum et terram et mare et omnia quae in eis sunt, et requievit in die septimo, ideo benedixit Dominus diei sabbati et sanctificavit eum...».

Ante datam hanc legem, imo ab initio mundi prouti multi ex verbis (Gen. II, 3): «Et benedixit Deus diei septimo» contendunt — sabbatum fuisse sanctificatum colligitur ex ipsis *Decalogi* verbis, quae non tam novum impununt praecepsum, quam potius in memoriam revocant pristinum. Praeterea sabbatum colendum praecipitur, quia Deus «septimum creationis diem sanctificavit». Et revera ante datum *Decalogi* praeeptum Israelitae iam sabbatum observabant et ab operibus quiescebant. Sie legimus Hebreos duplarem mannae quantitatem die sexta collegisse «ut in sabbato quiescerent» (2). Retrogradiendo quidem hebdomadae mentionem invenimus in historia Iacobii (3). Diu vero antea periodus septem dierum in historia diluvii non semel recurrit. Si autem ab initio homines hebdomadas distinxerunt, necesse est aliquam diem prae ceteris insignem fuisse.

II.

Quod si nunc quaeramus in universum, utrum sabbata servarint Gentiles, id est, utrum certis diebus religiosa — si ita loqui licet — vacatione fuerint usi, illud certe negari haud quaque potest. Quotusquisque enim tam rudis est et litterarum sive graecarum sive romanarum plane expers, ut de Romanorum sacris epulis, ludis, feriis, Graecorum Olympiis, Dionysiis, Eleusiniis multisque aliis nihil audierit umquam? Nomina, numerum et rationem singulorum festorum tum in calendariis passim obviis, tum integris doctorum operibus invenies.

Ae certa quiete duxisse festa sua ethnici, auctores habemus profecto lueulentos. Ita Strabo (4) testatur, diebus festis Graecis iusta et barbaris commune fuisse sacra facere cum intermissione solemnii. Xenophon (5) de Plymtheriis Atheniensium festo mentionem faciens, neminem affirmat eo die ausum fuisse quidquam serio operari.

Idem in libro, quem de Atheniensium republica seripsit admonuit, in festis minus posse negotia civitatis curari. Ipse Aristoteles de ista

(1) *Exodi*, cap. XX, v. 8-11. — (2) *Exod.*, XVI, 22. — (3) *Gen.*, XXIX, 27. — (4) *Geogr.*, lib. X. — (5) Lib. I, *Rer. graec.*

laborum abstinentia testatur (1): «Prisea sacrificia et conventus post fructum collectionem fieri videntur ut primitiae. His enim temporibus maxime cessabant a labore».

Neque minus Romanis huiusmodi cessationem a laboribus in festis cordi fuisse novimus. Quid enim significant verba Tullii (2): «Feriarum festorumque dierum ratio in liberis quietem habet litium et iurgiorum, in servis operum et laborum»? Quid sibi volunt ista Ovidii (3) de kalendis Ianuariis (quibus Ianual cum mola salsa, palma item caro et mel offerebatur Ianu):

*Prospira lux oritur; linguis animisque farete:
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
Lite racent aures insanque protinus absint
Iurgia: differ opus livida lingua tuum?*

Hue pariter spectant loca Tibulli de agrorum illustratione (4), Livii (5), Taciti (6), Plinii (7), Senecae (8) aliorumque, qui hanc rem vel tradunt uberiori, vel exemplis insuper confirmant evidentibus. Horum tamen nuda nomina affere contenti sumus, ne si et verba adseribamus nimiae prolixitatis incurramus taedium.

Hoc autem silentio nequaquam involvendum, quod etiam publica auctoritate laborum intermissione indicta fuerit, ut commemorat Macrobius (9): «Adfirmabant autem sacerdotes, pollui ferias, si indictis conceptisque opus aliquod fieret. Praeterea regem sacerorum flaminesque non licebat videre feriis opus fieri, et ideo per praeceonem denuntiabatur, ne quid tale ageretur; et praecetti negligens mulctabatur». Consentit etiam Servius (10) inquiens: «Sunt aliqua, quae si festis diebus fiant, ferias polluant. Quapropter et pontifices sacrificaturi praemittente Kalatores suos solent, ut sieubi viderent opifices adstantes opus fieri prohibeant, ne pro negotio suo et ipsorum oculos et deorum ferias contamineant». Quaenam porro sint, quae ferias polluant minime, sed impune potius possint fieri tradit Vergilius:

*Quippe etiam festis quaedam exercere diebus
Fas et iura sinunt. Rivos deducere nulla
Religio retinet, segeti praetendere sepem,
Insidias aribus moliri, incendere repres,
Balantumque gregem fluvio mersare salubri....*

Quos versus adducens Columella (11) plenius explicat, quae liceant, quaeque non liceant festis peragere.

Praeterea quaemadmodum Iudei ipsi magni faciunt opera religionis, necessitatis, recreationis et reverentiae, ita iisdem Gentiles festos dies honorare videbantur. Sie de operibus religionis et necessitatis refert ipse Macrobiius (12): «Umbro negat eum pollui, qui opus vel ad Deos pertinens sacrificiumque causa fecisset, vel aliquid ad urgentem vitae utilitatem respiciens actasset. Scivola denique consultus, quid feriis agi liceret, respondit: quod praetermissum noceret».

Inter opera recreationis a Iudeis numerabantur convivia, lautiores coenae et opipari apparatus. Ita apud paganos festis inerant sacrificia, epulae, ludi feriae, ut rursus docet Macrobiius (13). Reverentiae tandem opera Iudeis in primis censentur mutatio vestium et luce-

(1) Lib. IV, *de rep. Athen.* — (2) *De legibus*, lib. II, c. 20. — (3) *Fastor.*, lib. I, — (4) *Esegr.*, I, lib. II, — (5) Lib. V, c. 18. — (6) *Ann.*, IV, 70. — (7) *H. N.*, lib. XXVIII, 2. — (8) *Epist. controvers.*, lib. V, contr. 4. — (9) *Saturnal.*, lib. I, c. 16. — (10) *Ad Virg.*, lib. I, Georg. — (11) *De re rust.*, lib. II, 22. — (12) *Saturn.*, lib. I, 16. — (13) Loc. cit.

narum splendo-
mentis ita cani-

*Vestibus in-
Et populu-*

De luecnis ali-
venalis locum (

*Heic nostrum p-
Thura dabo, at-
Cuncta nitent,
Et matutinis op-*

Possent alia ea
congeri, si opera
dictis satis liqui-
festos, in iisque
abstинuisse.

(Ad proximum)

HORA
D

*Vincula amicitiae
Adstringunt, mulci-
Unica, quae miseri-
Quae placidas dan-*

*Ipse focus fac-
Excipiunt medio a-
Hic nova solliciti fi-
Seu tenues ramoru-
Candida quae salic-
Et flamma innocua-
Sunt ignota focis,
Hic suppliant tempe-
Fasciculo unitae, i-*

*Hora vocat; fa-
Mensam ex segmen-*

Dum super impone-

Floribus inspersum

Ad sese applicuere

Complanare manu,

Parva superficiem

Intentisque notant

Descendat tela, et l-

Convirii arma loca-

Et cultrum et mapp-

Accumulant alii la-

Seponunt, pariter a-

Omnia praeveniunt

Vel condire dapes

Parte alia mensae

Ecce autem la-

Fercula, fumantes o-

Pulticulas: cum fu-

Gratus odor iam co-

Cuique suas partes

Dividit. Incipiunt r-

Tum stridor sequitu-

Vocibus alternis gro-

Iamque secas cultro-

Reddere qui nequeu-

Fecundas matres, bu-

Plura simul variis

Nominibus, blandoq-

Salgama, delitiae at-

Tum iecur, et cereb-

*(1) *Fastor.*, lib. I. —*

(1): « Prisca sa-
uum collectionem
s enim temporibus
modi cessationem
se novimus. Quid
(2): « Feriarum
liberis requietem
servis operum et
ista Ovidii (3)
Iannual cum mola
offerebatur Iano):

nimisque facete:
verba die,
rotinus absint
qua tuum?

bulli de agrorum
iti (6), Plinii (7),
hane rem vel tra-
super confirmant
nuda nomina af-
et verba adseri-
arramus taedium.
am involvendum,
te laborum inter-
memorat Macro-
sacerdotes, pollui
ue opus aliquod
rum flaminesque
s fieri, et ideo per
quid tale agere
eletabatur ». Con-
tiens: « Sunt ali-
ferias polluant.
fieatur praemittit
sicubi viderent
rohibeant, ne pro
et deorum ferias
sint, quae ferias
e potius possint

vere diebus
cere nulla
re sepm,
re repes,
rsare salubri.....

ella (11) plenus
que non liceant

udaei ipsi magni-
tatis, recreationis
les festos dies ho-
bus religionis et
(12): « Umbro-
el ad Deos per-
sisset, vel aliquid
respiciens acti-
tus, quid feriis
aeterminsum no-

udaeis numero-
nae et opipari
testis inerant sa-
urus docet Ma-
n opera Iudaeis
stium et lucer-
gibus, lib. II, c. 29.
I. — (5) Lib. V, c. 13.
VII, 2. — (8) Epist.
nat, lib. I, c. 16. —
rust., lib. II, 22. —

narum splendor: paganis non minus. De vestimentis ita canit Ovidius (1):

*Vestibus intactis Tarpeias itur ad arces
Et populus festo concolor ipse suo est.*

De lucernis aliisque simul ritibus habemus Iuvenalis locum (2):

*Heic nostrum placabo Iocem laribusque paternis
Thura dabo, atque omnes violae iactabo colores,
Cuneta nitent, longos erexit ianua ramos
Et matutinis operitur festa lucernis.*

Possent alia eaque plura de festorum ratione congeri, si operae pretium foret. Sed ex hactenus dictis satis liquet, paganos celebrasse dies festos, in iisque omni prorsus labore atque opere abstinuisse.

(Ad proximum numerum).

STANISLAUS FIGIELSKI.



HORAE SUBSECIVAE.

DE CONVIIS.

*Vincula amicitiae miro concivia nexo
Adstringunt, mulcentque arimos et corpora pascunt.
Unica, quae miseris remanent solatia rebus,
Quae placidas dant ire horas, et corda serenant.....*

*Ipse focus facile incitat, circunque sodales
Excipiunt medio divisa sedilia gyro;
Hic nova solliciti flammis alimenta ministrant
Seu tenues ramorum artus, seu fragmina quercus.
Candida quae salices ablato cortice praestant,
Et flamma innocua depellunt frigora, nostris
Sunt ignota focis, Veneti gratissima regnis.
Hic supplet tenues inciso palmitae vites
Fasciculo unitae, vel amici ritibus ulmi.*

*Hora vocat; famuli accedunt, aptantque vicissim
Mensam ex segmentis confectam, atque arte politam,
Dum super imponunt tela mantile nicali
Floribus inspersum textis, hinc inde trahentes
Ad sese applicuere duo; certantque vicissim
Complanare manu, minimo ne ruga tumore
Parva superficiem deformet, et asperet aequor,
Intentisque notant oculis an rite per orbem
Descendat tela, et limbo dependeat apto.
Convicti arma locant alii; coeclare, tridentem,
Et cultrum et mappam et Cereris cum munere discum.
Accumulant alii lanceas, et sede propinquas
Seponunt, pariter cyathos; sic mente sagaci
Omnia praeveniunt, ut si mutanda supellex,
Vel condire dapes opus est, mora nulla retardet.
Parte alia mensae seponunt dona secundae.*

*Ecce autem laitis flagrant genitalia mensis
Fercula, fumantes ostendit aperta paropsis
Pulticulas: cum fumo Indi spanguntur odores,
Gratus odor iam concivas satiare videtur.
Cuique suas partes magnum coelare seorsim
Dividit. Incipiunt regnare silentia mensis;
Tum stridor sequitur; lacerant cum dentibus escas;
Vocibus alternis gratus tenet ultima rumor.
Iamque secas cultro dextra, laevaque tridenti
Reddere qui nequeunt, quamvis nascantur ab ovo,
Fecundas matres, bubulaque trementia frusta;
Plura simul variis aciunt quoque liba saporem
Nominibus, blandoque patent mordentia succo
Salgama, delitiae atque oblectamenta palati.
Tum iecur, et cerebrum vitulae, patasoque tenellus*

(1) *Fastor.*, lib. I. — (2) *Sat.*, XII. 89.

*Candidus et rubeus frusta in subtilia sectus
Additur, atque ales cauda stellante superbis.
Nec tenues desunt volucres, nec ventre capaci
Pastilli gracidi; quae longa cuspide querit
Gallinago cibum, dulcique embammate perdix.
Aspicis et tostas alica stillante palumbes,
Infi. coque veru pullos, anatesque palustres.
Ova simul cum lacte cibum, si sachara misces,
Efficiunt gratum, qui concolor emicat auro.*

Non tristes herbas, quas crassior educat hortus,

*Nunc adhibere licet, rubro spinachia caule,
Pheniculi, betaeque humiles, et sectile porrum,
Atque comis asper raphanus, rilisque phasellus,
Ercum iniucundum, teretique cucurbita forma.
Inspidaeque fabae; vel amaris candida fibris
Intiba, et incitas lacrimas factura secanti
Caepe, cicer tenerum, miserae servata culinae
Crispa comes lactuca manet, seu nigra recisis
Brassica culliolis, nitidi cui frustula lardi
Distillant pinguis succos, aciuncte saporem
Tonsa minutatim, stridenti et frixa butirro.
Sic praebeant sapidas duris messoribus escas
Alia, seu lentis consumpta vaporibus alee:
Fercula nunc nostros meliora parantur in usus.*

*Interea variis expressae collibus urae
Sufficient gratos haustus. Quid dulce Phalernum,
Quid vetus Areesium, quid iacet Horatius urnam
Nectare divino secum nascente repletam?
Iacet; at externis Fanum non invidet agris.
Alloquit expertos: Fanum pretiosa ministrat
Vina suis; quaeque Hispanis nascuntur in oris,
Gallica quae nobis tellus, et Etruria mittit.....*

*At vino interea servato ad laeta fruamur
Prandia, nec deerunt peregrina in vase minori.
Eia age: nunc liquidum dominus tibi porriget aurum,
Nunc tibi purpureo cyathus splendescet ab ostro.
Laetitiam alterni calices sitientibus addent;
Nam moderata iuvant, nimium repetita nocent.
Sed nunc mixta epulis normam minus esse severam
Vina docent, nunc laetiae laxantur habenae,
Dum miris exculta modis victum inter et haustus
Vincula sinceri sensim stringuntur amoris.*

E. DE AZEVEDO.

DE COMMENTICIA FABULA PAULI BOURGET NOVISSIMA.

*Qui student recentioribus litteris animadver-
terunt omnes commenticiarum fabularum
genus illud in desuetudinem cessisse, quo nil
aliud quam animorum motus enarrarentur; contra
magis magisque in dies eas fabulas invaluisse,
quae vivenda vitae species eventusque refer-
rent. Quod effluxit plane ipsa ex hodierna re-
rum publicarum condicione, ubi publica sive
sive privata vivendi res, ubi luctae, spes, metus
ad hominum communitatem instaurandam im-
mutandamque agitantur. Quinimmo ipsa reipu-
blicae ratio parum hodie nostra interest, ita
ut qui populi olim reges Caesaresque solio
eieciissent, quiescant nunc paulisper acta coti-
diana incedere contenti, aut sodalitio instituto,
quod plebis iura se vindicaturum affirmaverit.*

*Modo has versus metas scriptores poetaeque
non ultimi intenderunt, suaque converterunt
passim conamina. Quae magni pretii est immu-
tatio seu conversio facienda, cum notum sit
commenticiarum fabularum ex lectione hodier-*

nam plebem, parvis edoctam litteris, sua oble-
ctamenta exquirere, documentaque inseciam hau-
rire. Quare derelinquuntur tandem res illae
a Dumas Alexandro, a Zola Aemilio, a Sue Eu-
genio fieta, novaeque pertantantur viae, quo et
calamus quoque poetarum ad instantia discri-
mina repellenda, vel apagenda, conferat opem.

His actus rationibus Paulus ipse Bourget,
vir antiqui fabularum generis inter ceteros pe-
nitissimus, carissima haec tenus sibi arva reliquit,
recensque novam historiolam condidit, cui « Sta-
tionis » dedit nomen (*L'Etape*), ut futuris even-
tibus a se efficto exemplo prospiceret. Nec quis-
quam existimet ea quae fidus Taine discipulus
scripsit, nobis omnia probari; id quidem laeta-
mum, eum quoque, reiectis temere ante conceptis
opinionibus, ad summa argumenta mentem con-
vertisse.

Dum enim Chateaubriand ipse popularium
rem publicam saeculi XIX sub ortu conditam
ratam habet, dum Michelet historicus post for-
mam civitatis versans, civilem quam nuncupabat
commotionem auspiciabatur, modo Bourget ratio-
cinandi recto usus tramite reipublicae auctorita-
tatem nullibi melius inniti posse statuit, quam
in ipso divinae legis imperio, quod catholica
pandit religio. Quibus ex praemissis illud pro-
fecto effluit, familiae iura prae singulorum iuri-
bus esse collocanda, prae iure familiaris vero
ius totius communitatis valere. Atqui singulari
unius hominis excellentia parum iuvatur res-
publica; perraro enim summi ingenii vir parem
sibi gignit filium; quinimmo longe inferiores
patribus excellentissimis nati plerunque inven-
niuntur: cuius fati luculentissimum exemplum
Napoleonidum gens prae ceteris exstitit. His vi-
cibus hominum condiciones non progrediuntur
humanique ad perfectionem ascensus ipsa sum-
morum virorum virtute morantur. Iure inde
sequitur, ad firmum humanitatis bonum obti-
nendum, unius aut alterius viri nimis inere-
mentis minime esse favendum, quorum effectus
nec satis durabiles nec utiles evadunt hominum
societati, cuius interest contra praestantis ingenii
vim continuitate quasi sociatam esse ac prote-
ctam. Quod quidem gentilicia et familiaris com-
munio una exhibet. Quemadmodum enim mon-
tium perardua iuga ascendere singuli non va-
lemus, nisi alii alias firma fune illigemus, alii
aliis mutuo conamine fulciamur; ita ad meliores
nobis parados dies fratribus cognatisque uta-
musr necesse est ac mutuo iuvemur auxilio. Dif-
fluit unius viri opera lataque fama quasi ephi-
merae stellae lux, quae modo flagrat, modo eva-
nescit; totius contra gentis iunetus labor unius-
cuiusque manu crescit, ac paullatim ad subli-
miorem verticem sese extollit. Filius iuvatur
opera patris, artes industresque res ex una in
alteram aetatem perficiuntur; quaeque semel
sunt in melius peracta, deinceps numquam
amittuntur.

Haec quidem in Pauli Bourget recenti fa-
bula praeluent; haec scriptoris mens in argu-
mento, quod iuvat referre:

Agricolaram quidam filius ingenio atque ala-
eri opera crescit, ita ut athenaei usque doctor
adlegatur nomenque eius, civitatis fines praet-
gressum, per orbem late volitet. Quid vero
de liberis eius? Heu quam proximi adhuc hu-
mili paternae origini! Divitiae dementant iuve-

nes; ruunt miseri in omnem luxuriam, paterna bona dissipant, statutam vix fortunam vento disperidunt, ipsumque parentem rapiunt secum in ruinam.

Haec summa libri, cuius, modis licet atque forma praetermissis, mentem tamen laudare nobiscum nemo non poterit, quippe quae ad monendos erudiendosque cives primum intendat, ut pericula ignota saepe caveant, ne falsa specie fortunae, improvidi vel nimis avidi decipientur, ut denique in communem omnium bonum aequo ausu adlaborent.

I. ANTONELLI.

DE CAROLO DOLCI EIUSQUE TABULIS.

Fuscus vir producto naso, cuius heic videtis effigiem, Carolus ille est cognomine Dolcius, cui placuit suis ipsis manibus suam referre bis faciem et macram tristemque figuram.

At si cum nomine suavissimo tam aspere pugnant malae viri effigies, tamen eius pingendi peritia et colorum eius blandieis nullus aptior titulus contingere poterat.

Hie enim, si Sanctum exceperis paucoisque alios, princeps fuit inter italos, qui calleret Deiparam Virginem, omnium quae a Deo condita sunt, dulcissimam suavissimamque, pio in tabulis reddere afflatu.

Nostri itaque commentarii moderatibus felici mente placuit eius quoque ex operibus praemia sociis nostrum studiosis eligere, quae hodiernus numerus exhibet, ut cetera, photochromiae a fratribus Alinari expressa Florentiae; in ipsa scilicet civitate, quae natalis summo artifici fuit, quae eum virum aluit, quae modo pleraque opera eius suis in pinacothecis asservat.

Ortus est enim illuc Carolus die Maii mensis XXV anni MDCLXVI, ac quodammodo gentilicia haereditate musarum vim sortitus est. Non modo enim pater eius Andreas, sed maternus quoque avus et avunculus, Petrus atque Bartholomeus Marinari, pictoria arte suos inter eives inclinarerant.

Verum quae libere dederat natura dona, ea invida fortuna diripuit; vix enim quadrimulius patrem noster amisit, ita ut maternae tantum constantiae et labori manserit educandus. Quae quidem Carolum vix novem annos natum Iacobus Vignali, pictori notissimo, erudiendum commisit. Adolescens decimotertio vix auctus anno sua peritiae prima dedit specimen, quae cum forte Petro illi de Medicis, magno Hetruriae duci, essent oblata, maximas laudes retulerunt, atque novo artifici mansionem ipsa in aula compararunt.

Anno MDCLIV Theresiam Buecherelliam Carolus uxorem duxit, ex qua frequentem satis habuit prolem. Anno vero MDCLXX circiter, in Austriam advoeatus est, ut Claudiæ, Ferdinandi principis ex imperatoria gente filiae, effigiem pingeret. Denique cum aetatis sua annum septuagesimum attingeret, obiit tristitia et

animi moerore confectus, cum vana atque inania quae circumspiceret ipsi viderentur, qui tanta peritia cœlestes species pius reddiderat.

Baldinuccius enim, qui vitam Caroli descripsit, eius in arte excellentiam cœlesti quidem dono tribuit, caritatis eius eximiae in Deum quasi praemio concesso.

Revera sacra pingenda passim sibi constituerat; quod servavit votum fere semper; quin etiam scriptor idem auctor est, ipsum tunc e moerore suo requiem consequi solere, cum Deiparae effigies a se redditas expoliret et altiorum ad perfectionem reducebat.

Gratus itaque eius in tabulis color, blandus semper atque suavis, mollis atque lucidus; ac summa sapientia artificis et peritia summaque diligentia minimis quoque ex notis praeluet. Iamque photochromiae ab Alinari fratribus expressae eandem paene eximio artificio refe-

cultus inest, utrumque non remur, illud quia nostrum est, hoc autem quia lectores iuvat seire quo gentes nostræ modo sentirent, et sentiant. Duplex inde rerum expositi.

Atque, ad agricultas quod attinet, magna in vicis religione colitur dies, tum quia primum Pascha notat ab anni exordio, tum quia tripli recordatione insignis traditur, Orientalium nempe adventu ad praesepe Regum, miraculo aquae in vinum conversae, denique baptismate Christi, in quo Trinitatis Augustæ nomina manifestata sunt eorum populo; nam et Pater Filium appellat, et sub columbae specie Spiritus Sanctus apparet. Hinc rusticis persuasio inest, et cantiuncula fertur agresti, qua dieitur Pieus hoe die a silva non procedere in campos, ut quiete summa honoret diem. Quinimo est mos donandi populares pueros, quidni?, etiam adolescentes et iuvenes, qui post vesperas ostiatim

circumeunt; dona vero dicuntur « vetera »; constantque castaneis, malis, pyris, et caricis, nempe siccatis aestivo sole ficiis ac persicis: dantur et nubes, dantur et mespila, et sorba. Sunt et coloni ditiōres qui nonnullis, quos elegerint familiaritate forsitan cariores, dant isicia bina, vel apexabone, convoluta multis chartis, triplici filo, vel funiculo circumvoluta, idque credo ne curiosi ante tempus aperiant, ponuntque in panario, vel pera, quam circumneunt ferunt. Imitacione porro signum esset si, qui solent, non adiarent.

Atque hic pulcherrimus iocu fit; nam, pro isicia, vel apexabone, vel lucanicis, vel fartis, interdum chartis vel carbonis, vel ramusculi, resecti ad modum domini, frustula subsunt, quae omnia (cum fas non sit anquirere nec in via, nee alibi, sed tantummodo domo in propria, ubi, caenam ex comparatis facturi opiparam, eoram parentibus et amicis singula, quae acceperint, ostendunt e saeculo) non mediorum risus causam provocant in convenientibus. Incertum quis praebeatur; at certus risus videntium, certaque, etsi levis, indignatio ludificati; cui, et hoc in ritu est, non licet aliis verbis de sorte sua, donoque dato queri,

nisi sacramentalibus verbis iis « semel », vel « bis » vel « ter factus sum Herodes ».

Verum summo mane paterfamilias urecolum domo auferit, in quo aliquid vini et aquae misuerit, campumque et vineam petit, ramuseum olivae virentis et bacchatae manu gerens et cura summa custodiens ne frondes, ne bacchae delabantur antequam accesserit. Ubi in agrum, in vineam pervenerit, illa vini et aquae aspergine rorat locum, denique ramum ipsum sub solo recondit, urecum frangit. Felix si, dum haec munia obit, antelceanarum ad aures obvenierit sonitus campanarum! Prospera sibi omnia pollicebitur. Vae tamen peiori, agro, et familiae, et homini, si talia facienti, si eunti, si redeunti odium in quemquam fuerit, vel aluerit, vel forverit, vel non depositur; si profana quaeque animo non abiecerit, si, dum redit, in obvium inimicum incidens, hunc ad matutinam sorbi-



Caroli Dolci binae effigies, quas ipse pinxit.

runt colorum vim suavemque figuram, quam in tabulis ipsis demiramus, ita ut socii, qui eas sibi elegerint, parvum sibi, ut ita dieam, thesaurum comparasse non temere existimaverim.

LAElius.

EPIPHANIA DOMINI
IN ARTIBUS OPTIMIS ET MORIBUS POPULORUM.

SOLEMNIS hie dies, qui magnus quasi præceteris apud agricultas Christianos in pagis habetur, aliquid ipse etiam, veluti sibi proprium et illustre, vindicat, sicuti intulit olim et infert adhuc, Natalitiis additus festis digna conclusio, et fere compendium. Praetereundum in Commentario nostro, cui optimarum artium

tiamelum rexerit officia non adierit serit! Haec plicitatem tace, quam

Sunt et a solemnioribus omittendos non referunt urbis fecimus monumentis ecclesia Sancti populo, eru et submerge recordatio lo risque in m

« Maria expresserunt sociis dono 1 pag. 2).

hic usus, atque bitur. Num is Christi contingit pellendos a marum excitatores sequatur sententia

At venio nō solemnissimae Christianas inv Romanis habet natum tenentis, laam propheta in eculo depicta Biblieis: « Oriens virga de Israel sculpturam red illo assinate :

(1) Numer., Cap.

illud quia
iuvat seire
et sentiant.

magna in
quia primum
m quia tri-
Orientalium
miraculo
baptismate
nomina ma-
et Pater Fi-
cie Spiritus
suasio inest,
icitur Pieus
campos, ut
no est mos
etiam ado-
ras ostiatim
euntur « ve-
neis, malis,
atis aestivo
ntur et nu-
sorba. Sunt
nullis, quos
an cariores,
ponem, con-
sci filo, vel
te credo ne
nt, ponunt
quam cir-
itiae porro
t, non adi-

iocus fit;
abone, vel
um chartis
resecti ad
sunt, quae
quirere nec
intummodo
m ex com-
coram pa-
, quae ac-
o) non me-
vocant in
quis pae-
ntium, cer-
ludificati;
licet alius
dato queri,
emel », vel

ureolum
aquaie mi-
ramuseu-
nu gerens
, ne bac-
it. Ubi in
i et aquae
m ipsum
x si, dum
aures ob-
sibi omnia
familiae,
redeun-
it, vel fo-
quaeque
n obvium
um sorbi-

tiunculam non invitaverit, dexteram non por-
rexerit offerenti, si advocanti ut domum adeat,
non adierit comis, et morem amicorum non ges-
serit! Haec omnia rusticam innocentiam et sim-
plicitatem alunt; attamen quam opportuna vi-
tae, quam bella mili videtur!

Sunt et alibi, ut in oppido Siciliae Lilyboeo,
solemniores usus, quos tum brevitatis causa
omittendos censeo, tum quia campestrem illam
non referunt simplicitatem. At quoniam nomen
urbis fecimus, dicimus illuc, traditum scriptis
monumentis, fuisse morem benedicendi in E-
cclesia Sancti Ioannis, solemnni ritu et coram
populo, cruci, quae postea ferebatur ad mare,
et submergebatur in pelago. Huius autem ritus
recordatio legitur anno MDL; quinimo et ple-
risque in maritimis Italiae inferioris servatur

dendi praesepia invaluit, in quibus mysteria
Nativitatis Dominicae simulacra exhiberentur.
Iamque illuc et Bethleem, et pastores ad turrim
gregis dormitantes, et angeli pacis et gloriae
nuncii, et venientes undeque cum munusculis
ad natum Dominum, et crypta, ubi Virgo et
Ioseph adorant « Verbum caro factum », invi-
sentium oculos delectaverunt, qua in crypta
« cognovit asinus possessorem suum, et bos
praeseppe Domini sui ». At, Epiphania ve-
niente, res ab apparatu illo rustico et humili
ad regios mores et aureum apparatus trans-
lata est; quippe adsunt reges in paludamentis
aureis, corona gemmata insignes, magno equo-
rum, camelorum, puerorumque comitatu, apertis
thesauris suis aurum, thus, et myrrham offe-
rentes proni. Idem Deus pastorum et regum,

men, eademque et illa, quae in ebore caelantur,
eademque sunt ea quae minio affabre designata
paginas ornant choralem librorum, qui videndi
sunt in museo Palatii *Bianco*, tum quae in
geminis, quae in argento, quae in auro. Ubique
eadem redeunt: tres nempe reges adeentes cas-
sam Bethleemiticam, et infantulo Iesu dona
offerentes. Haec omnia, aut fere omnia, simpli-
citate illa mirabilis ante et circa decimum sae-
culum. Mox Nicolaus Giunta pisanus, in sug-
gesto baptisterii natalis urbis anaglyptica mar-
mora sculpsens, quibus Epiphaniae mysterium
de vocatione gentium ostendebat in regibus ab
Oriente stella praelucente accitis, vel in scio-
rerum indicat quantus iam sit progressus artis,
quippe quia connubium iam incipit, quo poesis,
musaeque artium optimarum totae incumbant



« Maria Magdalena ». - CAROLI DOLCI tabulam hanc « photocromice » expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et *Vox Urbis* sociis dono largitur in an. M CMII. (Cfr. huius commentarii operculum pag. 2).



« Maria Virgo Mater cum Divino Filiolo ». - CAROLI DOLCI ta-
bulam hanc « photocromice » expresserunt FR. ALINARI, Florentiae, et *Vox*
Urbis sociis dono largitur in an. M CMII. (Cfr. huius Commentarii oper-
culum pag. 2).

hic usus, atque in caeremoniali Graeco descri-
bitur. Num ista sint ad memoriam corporis
Christi contingentis aquas Iordanis, vel ad ex-
pellendos a mari aestuoso daemones procella-
rum excitatores, ipse non dicam; unusquisque
sequatur sententiam, quae optima videatur.

At venio nunc ad ea, quae Paschatis huius
solemnissimae dies in mores sacros, et in artes
Christianas invexit. Celeberrima in catacumbis
Romanis habetur imago illa Deiparae Virginis
natum tenentis, quem Magi adorant, dum Ba-
laam propheta (minime Esaias), indicat stellam
in caelo depictam; illius enim sunt verba in
Biblicis: « Orietur stella ex Iacob, et consurget
virga de Israel » (1). Res autem a pictura ad
sculpturam redacta est, postquam, Francisco
illo assinate sanctissimo faciente, mos con-

idem Dominus divitum ac pauperum. Nonne
et quaedam repraesentatio est Ecclesiae nu-
per humilis et postea triumphantis? Atqui
perspexit hoc mens provida Sandri illius Botti-
cellii, pictoris clarissimi, effinxitque in illa admirabili tabula, quae nunc in pinacotheca Lon-
dinensi asservatur, in qua dum superius an-
geli exultant canentes hymnum « Gloria in
excelsis Deo », coram nato Deo, quasi humili-
tati eius morem gerentes, qui « exinanivit
semetipsum formam servi accipiens, et habitu
iuvetus ut homo », non horrent, immo festi-
nant fratnos cum pastoribus misere amplexus.

At quae saecula a catacumbis ad ista Botti-
cellii fluxere, plurima de Epiphaniae solemnis-
tate invexerunt, marmore, aere, coloribus insi-
gnita. Huiusmodi sunt quae sculpta admiramus
in urbe Ianua, in via cui ab aurificibus no-

in singulas Christi aetas, in annos, in gesta,
et quasi triumphali incessu per orbem terra-
rum, hunc gloria Christi complebunt. Quo factum
est ut in his, quae Giottus, quae Cimabue pinxe-
runt in assisiensi basilica supra, adoratio
regum ad Bethleem iam quatiat prae ceteris
alas, et aliquid superecellens polliceatur. Hoc
autem, quasi angelico instinctu, quasi angelico
afflante halitu, manuque angelica regente di-
gitos, ille effecit pictor, cui nomen Angelicus
a Faesulis, in quo, siquid delicatissimum, si-
quid piissimum vel manu exprimi, vel mente
concipi possit, ex integro fuit, Christianae reli-
gionis cum ille heroas, angelos, et vel divina
colore tractabat.

Tempora mutantur, nos et mutamur in illis.
Ars vero perficitur, si in virtutem incidat, cuius
indoles non senescat, non hebescat. Itaque Phi-

(1) *Numer.*, Cap. XXIV, v. 17.

lippus Lippi, artem cum ad altiora et uberrima raperet, regum adorationem ad praeseppe Domini magnificentius ornat, nec quid defuit, quod loci gaudium, laetitiam gentium, divitiarum splendorem posset quovis modo significare. Cui indoli obtemperans Ghirlandaio in tabula, quae videnda est in pinacotheca Florentina, amplissima et magnifica pertulit, at super omnia illud protulit, quo et reges et viri, et pueri et feminae illis utantur vestibus, quibus tunc temporis, nempe saeculo XIV, utebantur.

Ilo ex tempore quasi quaedam aemulatio optimos quosque excitavit artifices, qui illud fere supremum artis suae specimen arbitrati sunt, si reges adorantes Dominum possent ostendere. Nec minus recte; quippe una in tabula magnificentia regum et praesepii paupertas, ditissimae vestes et nuditas adstantium pauperum squallorique camporum hielium, maiestas in puerulo, humilitas in regibus felici quidem, at antithesi difficilem, copulantur. Qua quidem in re non negamus toties percelli quoties ad S. Andreae de Valle in Urbe aeedimus; nam octavario post Epiphaniam illie mirabilibus simularis, et quasi scena composita, manifestatio illa Divini Infantis eoram Magis, qui ab Oriente venerant, redditur, olim omnia Vineentio Pallotti, sanetissimo viro, suadente romano Principi eidemque munificentissimo Alexandro Torlonia.

7]

COMMUNIA VITAE

Latinitati utile,
recens, vaporitraha rapiente, iter.

— Non patiar, nec sinam, — ego reddidi, — impune ista dici, et praesertim a te, qui bonus et sine fraude mihi videris: nam quamvis vocem hanc « locomotivam » tibi concederem, nec ego, nec tu, neque Forfex umquam ascendissemus in machinam, quae, vapore agente rotas, omnia trahit; sed in currus ascendimus machinae ferreis uncis, catenisque alligatos. Iamque undenam bibisti illud « motiva » quasi quid movens? Et, si moveatur, patet necesse e loco moveri; non enim datur motus, nisi quis in locum e loco moveatur. Tu vero seis apud Latinos magnam fuisse religionem verborum et vocem. Abiicias igitur hanc « locomotivam » vocem, quae latinis ridicula videbatur; et quoniam usu nostro recepta est, quam in Commentario, qui inscribitur *Vox Urbis* intulimus « vaporiveham » et « vaporitrahā », hisce utere libenter. Quod si currus indicare volueris, die « ferroviorum currus », prout bene dices « ferroviorum carros », « ferroviria impedimenta », ut illi, qui hominibus, ab illis, qui rebus inserviunt, apte distinguas.

Iamque in hisce penitus usque ad erines eramus, et ulterius abeundi, procedendi, procurrendi mens erat, cum ecce currus ostiolum repente aperitur, et notator ille homo, ille notator ferrovarius terribili forceps, et quidem hiante armatus, excidium schedulas saevo superelio prenuncians, singulis viatoribus adstans indeprecabilis, nos iubet exercere schedulas, manuque satis ampla arripiens, dat ferreis dentibus innocentes mordendas, lacerandas... Eheu miseras! Vix pars parti haeret, et cura erat non levis ita reponere ne..., ne in frustula dilabentur communiae, dispersae. Sedentibus nobis ille, quidem statura procerus, quasi gigas, quasi cyclops apparebat, et, fato nescio quo, redibat, reditque et nunc illa Poliphemi historia in caverna miseros Ulyxis socios devorantis. Quid? Ne quid compariationi decesset, ecce prope hominem, amicum credo, consedit, atque ibi, prout

vasto recubans Poliphemus in antro

Numne alia videnda haud manent, artibus in perfectionem absolutam illatis? Unum dicam: Quanta est Christiana religio, tota poesis est, poesis autem « est elevatio mentis »; adde religionis effluvium, et habebis « ad Deum ». Nec aliter Augustinus ille de preece iudicabat. Ars igitur tantum valet, quantum elevatur; si autem elevetur ad Deum, tunc apicem attingit, atque ipsa cum preece confunditur.

SENIOR.

ZUIDERZEE MARE EXSICCANDUM

MARE est, cui nomen « meridionale » (*Zuidderzee*), sinus nordici maris latissimus, qui Batavos praesertim attingit, eius variam audivimus omnes historiam. Lata ipsius facies, at non eadem altitudo, quae nec octo metra exsuperat, quatuor plerumque vix aequat. Provincias alluit Utrecht, Gheldriam, Over-Yssel, Frisiā, insulasque cingit Vlieland atque Texel. In eo Romani patres lacum indicarunt magnum, in altum effluentem: Flevum hunc dixerūt in quem immittabant Rheni fluminis ostia multa, quorum maximum Yssel adhuc nomine notum. Oceanus Flevi lacus aquas hauriebat per viam principem, quam

infandis pastus epulis miserrimarum schedularum nostrarum, breve post eloquio... eloquar an sileam? dormitare cepit; mox et dormivit,

ac sternens toto proflabat pectore somnos.

Nobis, qui taciti intrantem videramus, trepidique schedulas imperioso dederamus, dolentesque harum alteram, nisi iam tertiam lacerationem conspexeramus, una vox fuit: — Poliphemus quiescit! — Proximus loco, qui numquam tamen sermone nobiscum accesserat, neque rogatus, neque expectatus pronuntiat: — O si esset alter Ulyxes! — In risum erupimus; ille autem ad instar gravioris organi calami contonabat; inde risus vehementior, quasi ille gravius faceret, ut Poliphemus vere videretur. Quum autem risus huiusmodi, nescius modi, in nos omnium ora converteret, qui mirabantur quid esset et quanam subasset moderationis insolens causa cachinni, nos ora ad fenestellas admovimus, tum ut liberi ridere possemus, tum ut sonitu et imagine Poliphemi careremus.

Obstupuimus visu; tanta nos iucunditas perculit, et obmutuimus. Anhelante per colles et festinante vaporiveha magno cum fragore rotarum et murmure thophacei soli, Sabate lacus (nunc Itali eum *di Bracciano* appellamus) subter visendus porrigebatur quantum erat. Cirenm, trans aquas, oppida, quasi in prato dormientia viridi armenta, iacebant, beata tepido sole, beata zephyris suave spirantibus. Coram turritae arees, regia dynastae domus, et silvae, et vineae; et post haec montium corona. Atqui quam diversa rerum facies olim, quando lacus ille erat abyssus aestuans horribilibus flammis, movensque fumum et incendia usque ad nubes, volvensque pumices, et saxa, et cineres, ciensque boatus immanes! Quid tunc Soractes ab imo emergens impellentibus ignibus? Quid montes circum ardenti ardentes grandine toporum? Atque ubi haec omnia conserunt, ecce homines adire, tepentique solo foecundissimo credere arbores, et abyssus ille aquis undare purissimis, et caeli referre colorem, quo nihil oculis delectabilius atque iucundius.

— Sabatina stagna! — exclamat Forfex.

Turo noster: — Atque hic, — ait —, non stagnum; sed lacus, et, aedopol!, vastus, cui flantibus Aquilonibus et Austris non desunt irae funereae!

— Stagna, stagna, — Forfex urget, — quippe non unus hic, quem lacum vides; sed alias extat

mox mare tenuit, insulas inter Vlieland atque Terschelling.

Celeberrimae sunt quae in Flevum tempestates excitabantur ex irruentibus, extra ripas eius, Oceani undis; sed antiquissimam, quae memoretur, anno MCLXX ortam fama est, quo anno terram omnem circa Texel loca et Medemblik et Stavoren ad Utrecht usque moenia Flevus tumens complevit. Saeculo post, anno MCCXXXVI, nova inundatio tenuit terras inter Krampen et Enkhuizen, et Stavoren, easque demersit, nec supernatarunt mari, nisi insulae dnae, Urk et Schokland, immanis ruinae minima sane vestigia. Annis MCCL et MCCLXXVIII similia infortunia commemorantur, quorum extremum Grimbergen urbem abrasit. Anno denique MCCCXCV extrema, eaque teterrima alluvio fuit, cuius impetu terrae agger, quo superior sinus ab inferiori dividebatur, disruptus avulsusque locum dedit undis, quae Amstelodami usque moenia attigerunt; aquarum deinde stillicidio palustres lacus coaluerunt duo, Schermer atque Harlem, quos hodie hominum industria exsiccat.

Exigua maris profunditas insidiosos navigantibus fecit fluctus; quare annis MDCC'CXIX et MDCCXXV fovea excavata, qua Amstelodamum cum Helder portu coniungitur, quaeque Bataviae nordicam partem penitus dividit. Sed nimis longa fovea, eaque nec satis alta; quare

ultra montes, cui a Vico nomen. Mox ali atque ali late per Ciminos, per Vuliniensem regionem omnem, quibus una simul origo et exordium fuit, nempe latentes olim, mox erumpentes e solo ignes, vulcanica virtus.

— Ergo, — Turo assurgit noster, — hic vina optima censeo, et copiosa; semper enim inter Vulcanum et Bacchum amicitiae fuere; certe rixae numerum.

Et quoniam discipuli vaporitrahae nomen stationis, conclamabant, atque ipsa machina steterat, ut viatoribus potestas descendendi a curribus esset, ipse valedicens haec addidit:

— Vobis omnia sint prospera et bona; ego hic, quoniam volupe est ita, manebo. Cras Viterbium adibo. Si vobis placitum fuerit, illie iterum de latini verbis disseremus; nunc me iuvat italica vina probare.

Atque in hisce saltu se ex ostiolo dimisit, magna cum « Sabatino Baccho » facturus.

Forfex et ego attoniti repentina discessu viri, Poliphemum nostrum assurgentem, oculosque manibus purgantem a nebula somni, somnosque manibus quasi dimoventem aspicimus. At illum rursus porrecta forfice nova schedularum excidia meditante vox praefecti vaporitrahae increpat, iubentis descendere, et ad munia sua obeunda vocantis. Ille praeceps post Turonem delabi. Nos rerum varietate, et frequentia ingredientium diversi agimur, et argumentum colloquii nostri, quod tam pulchre inveramus, amittimus. Credo. Forfex carissimos liberos, suavemque uxorem exspectantes pone Oriolanam stationem animo agitabat; ego.... Ah! me plures viarum errores expectabant antequam eo oppido, quod Caprarola dicimus, potirer, ubi miraeulum illud viderem architecturae et picturae simul, quippe talis est Farnesiana domus, arx, regia simul. Regio omnis consistit fruetatis; characatae vineae impares botris sustinendis; aquarum saluberrimi fontes; amici denique carissimi me appellabant.

Nec diuturnior mora fuit; Forfex enim in proxima Orioli statione mihi valedixit, iterans, pro urbanitate sua, preeces, ut secum me traheret; ego viam prosequor solus, tamen laetus confecto itinere, quod latinis litteris aliquid utilitatis et incrementi attulisset.

H. DE VECCHI PIERALICE.

anno MD
via, nt.A
Oeeano e
hine et in
plius, ses
aqua ma
natant.

Sed fui
quam max
usurpanti
Urk per
Yssel urb
opus trigin
sarumque s
libellarum.
maechinar
sed potissi
publicarum
enim non t
verum etia
stituit, cuiu
sceret. Lega
vineiae ma
reliqua nav
blico aere
immanem
usque, et
Quadraginta
ferreumque
Post aggere
tibus intern
lesee, cuius

1] FABUL
A IOANNE I
PASSIM RET

Cantibus assi
Triverat ae
Ut successit, i
Vermiculi
Supplex ditiss
« O vicina,
Quo ritam to
Mutua des
Nulla fides p
Ante tibi r
Rem servat f
Si quod ha
« Quid tu, —
Quae mend
« Per te si
Festivos it
« Tu, sol d
Nunc, age,

Caseolum ros
Mordebat;
- « O flos cor
Est tibi fr
Pol! si quae
Rex tu silv
Dat corveus bu
Nec prie lo
Laetitia sen
Urget, et os

(1) Gallice co
corbeau.. Id in
avem appellan

anno MDCCCLXXVI nova effossa breviorque via, ut Amstelodamia urbs aqueo itinere cum Oceano conneccetur, ripisque muro exstructis hinc et inde per mille usque passus et amplius, sese in Oceanum portendit. Huius per aquas maxima quoque navigia commode pernatant.

Sed fuit consilium recenti aetate susceptum quam maximam terrarum partem, iterum mari usurpanti subtrahere, aggere constructo, qui Urk per insulam deductus Enkhuizen atque Yssel urbes coniungeret. Simul statutum ad opus triginta duorum annorum tempus, expensarumque summa ad tres millies centena millia libelliarum. Anno MDCCXLIX Van Diggele maechinarius totius incepti mentem innovavit; sed potissimum facinoris auctor Lely est, qui publicarum Bataviae operum curam gerit. Hie enim non tantum molimina sua nova exposuit, verum etiam sodalicium inter cives suos constituit, cuius meta esset, ut mare patrium aresceret. Legati sedent eius in comitiis, quos provinciae maritima adlegunt, quosve mittunt reliqua navalia sodalitia, atque agrestia. Publico aere opus fiet, quod erit aggerem struere immanem ex Frisia regione ad Amsteldeep usque et ad Wieringen insulam deductum. Quadragesima millia passum longitudine eius erit, ferreumque iter eius in culmine pertransibit. Post aggerem Yssel atque Veeht aquis confluentibus internum quasi parvumque mare coalescit, cuius etiam per fluctus minores aggeres

1]

FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

I. CICADA ET FORMICA.

Cantibus assiduis nequiequam rura fatigans,
Triverat aestivos laeta cicada dies.
Ut successit hiems, improrida coepit egere:
Vermiculi musquam pars culicis domi.
Supplex ditis adit formicæ limina, clamans:
« O vicina, famæ me necat; affer opem.
Quo vitam tolerem, Zephyrus dum frigora cedant,
Mutua des, oro, granula pauca milii.
Nulla fides pecudum! si non cum foenore sortem
Ante tibi reddam, quam sata falce cadant».
Rem seruat formica suam, nec commodat ulli;
Si quod habet vitium, non male iactat opes.
- « Quid tu, - respondet, - quid agebas tempore messis,
Quae mendica eibum nunc petis ante fores? » -
- « Per te si licuit, venienti cuique canebam,
Festivos iterans nocte dieque modos». -
- « Tu, sol dum caluit, cecinisti? Laetor, amica;
Nunc, age, duc chores, dum nive terra riget ».

II. CORVUS ET VULPES (1).

Caseolum rostro, dum sistit in arbore, corvus
Mordebat; vulpem traxit optimus odor.
- « O flos cororum, salve! quam nobilis, - inquit, -
Est tibi frons! oculos ut tua forma rapit!
Pol! si quae pennis, eadem sit gratia vocis,
Rex tu silvicolas undique vincis aves». -
Dat corvus bibulam mellitus laudibus aurem,
Nec præ laetitia temperat ipse sibi.
Lactitiae sensus vocem ostentare canoram
Urget, et os latum pandere: praeda cedit.

(1) Gallice corvus more nobilium salutatur: "Monsieur du corbeau". Id interpres egregie reddidit, nomen suæ gentis avem appellans.

exstruentur ad viam quaquaversus tuto sternendam. Duo præcipui hoc modo marini laevis erunt; nordicus alter, alter meridionalis, quorum inter spatium omne palustre exsiccatum paulatim ita, ut ex undarum sinu latae emergant planities, libera sata, arvaque feracissima virescant.

Premium operis vero non tam machinariis, architectis opificibusque reddendum, quam solvendum quoque piscatoribus, qui solent Zuiderzee in mare vagari, quorum ludiera ars exsiccatu mare deficiet, ita ut summa pecuniae in rem universam bis millies centena millia libelliarum erganda computetur: terminus ad explendam rem viginti annorum constitutus.

His numeris hisque mensuris novae pugnae in se illatae horas computet suasque clades dinumeret pater Oceanus.

A. COSTAGGINI.

DE CHOREIS (1)

Ad historiam vero quod pertinet, saeram si recenseamus historiam, non modo saltantem David ante aream videmus, Michol uxore, Saul regis filia, indignante, sed et Mariam Moysis sororem, et Madijanitas, et Hebraeos habemus, qui eibis expleti in eundissimis « eooperunt ludere ». Ac dum nemo Mariam puellasque Hebraeas increpat — vide mutatos regali superbiam

(1) Cfr. num. sup.

more! — Michol maritum saltantem increpat, quasi aliquid patraverit non dignum regia gravitate, sed plebis tantum levitati consentaneum et, in mores vulgi dilapsum. Mores vero errabundos et in caput redeentes quaeris? En Herodis regis filia et Herodiadis, quae et comoda, et vivax, et gratiosa saltatrix coram patre discubente tantum apud eum adepta est, ut... praemium saltatrix fuerit prophetæ nex. Sed ad prisces redeamus, notantes vocem « exultare », quae in Latinis perficitur copulatis verbis: *ex et saltare*, eundem in Hebraicis habuisse modum *ex ghal et dalagh*; pariterque significare « supra modum exsiliare atque efferri, et quasi gestibus saltibusque laetitiam ostendere », quibus duobus quisque videt quam proximum sit etiam graecum illud *τύπλογι*. Numquid Salios memorabo sacerdotes Romam invectos, qui armati saltabant ad tibiae modulamina? Hos autem dixi invectos, non creatos, non inventos, quippe qui et Sabinis communes et Hetruseis erant, aequales Herculis; meminit enim in VIII Eneidos horum Vergilius sat notis carminibus:

*Tum Salii ad cantus, incensa altaria circum,
Populeis adsunt evincti tempora ramis.
Hic iuvenum chorus, ille senum, qui carmine laudes
Herculeas et facta ferunt...*

Hos autem Varro, ni fallor, tradit Salios ita diotos a saliendo. Marti Deo mancipati, patricii utroque sanguine, nempe patrimi et matrimi,

V. LUPUS ET CANIS.

*Totus erat pellis lupus olim, totus et ossa:
Tanta tuebatur cura canina greges!
Osseus offendit per inhospita rura molossum,
Quem sua commendat forma, sagina, vigor.
Oppugnare canem, victumque in frusta secare
Ieiunam subiit mens furiosa feram.
Sed tentanda prius certamina dura, paremque
Viderat esse sibi robore, mole canem.
Urbanis igitur verbis lupus infit, et: - « Ut tu, -
Dixit, - pelle nites! ut tua membra rigent! » -
Cui canis: - « Et nostro poteris pinguescere more.
Res facilis: tantum lustra relinque tua;
Horrida lustra, tuos ubi vita afflita vagantes
Usque manet fratres, nata perire fame;
Nil ubi praedarum gratis fortuna ministrat,
Nil certae, center quo saturetur, opis;
Vis ubi cuncta parit: miser ergo corrigere sortem,
Iamque ceni tecum ». - Tum lupus: - « At quid
[agam? » - « Pene nihil: Lare, latrando, prohibebis herili
Quos rogitat stipem, fuste minante, vides;
Ancillis famulisque datâ palpabere dextrâ;
Obsequio mitem conciliabis herum.
Quae si praesteris, merces te quanta sequetur!
Dulcia liba feres et genus omne dapum;
Mollia pullorum gustabis et ossa palumbum,
Quae manus ipsa tuae blanda parâit herae ». -
Humet secura lupi gena fletu suariter orto,
Haec dum laeta subit vita fruenda sibi.
Egressus tamen e silva, lupus ecce canina
Denudata pilis foedaque colla videt.
- « Hic quid conspicio? » - « Nihil est ». - « Nihil? »
- « Est leve quiddam ». - « Dic tamen ». - « Hanc fecit forte catena notam ». -
« Tunc catenatus? nec fas tibi, quo libet, ire? »
- « Non equidem semper; sed quid, amice, nocet? »
- « Sic nocet, hac ut lege velim nec regia ferela
Tangere: sum liber, liber et esse volo ». -
His dictis, ovum raptor sua currit ad antra;
Currit adhuc, mediis non revocandus agris.*

(Ad proximum numerum).

ancilia senta per urbem saltantes perpetuos per triginta dies circumferabant, quo tempore quaeque quiescebat publica, nec paranda arma, nec movenda castra, nec aliquid simile gerere fas erat, quod si fieret ominosum habebatur, uti est apud Livium (XXXVII, 33), atque apud Tacitum, de Othono, historiarum in libro primo.

Verum ipsa me antiquitas ab antiquitate divergit blanditiis sua suis; illud autem exstabat haud longe a Moysis aetate et a moribus Aegyptiorum, quibus vel Hebrei utebantur, choreas in Italia fuisse sacras, cultui Superum addictas, in mores populi festosque dies inde defluxas. Et quoniam in hisce memorandis sumus, feram choreis et ludibus quaecumque Numina celebrari; pyrrhica Mavors hastis, clypeisque resonante ac tinniente laudabatur; flexanima et voluptuosa Venus; illa tubis et aere; haec citharis tibiisque. Paliliam vero agrestem sequerentur avenae, Dianam cornua lituique venatrixem refrebant; choreae illae speciem laborum agrestium, hae speciem easusque venationis; illae bellicos casus, et impetus, hae amatorias vices quasi fabulas reddebat. Numquid ex Homero depromam? Nolo videri longus; satis est innuere triplex chorearum apud Graecos genus, grave nempe, exultans, mixtum; tum, praeter choream Pyrrhicam, Lapithorum choream. Romanis in more fuit convivas adspectu chorearum delectare, haud minus quam gladiatoriibus duellis, et bestiario discrimine, quo aut homo adversus feras, aut belluae adversus bellugas pugnarent. Quin etiam calendis Maiis primo dilueulo Romani adolescentes magno eitharoeorum tibicinumque comitatu prodibant virides ramos et florentes, lauros insuper et mythos secturi, atque his omnibus portas ac parietes domorum ornati, in quibus quae sitae ad nuptias puellae morarentur.

Qui quidem mos barbarorum saevitia non potuit extingui, et apud rusticos adhuc in vicis durat. Quinimo et in ipsis feriis solemnis, puta in dedicationis annuo die, in festo Patroni, etc., non modo saltationes a primis vesperis ad sequentes tota producebantur nocte, toto die personabant, sed ipse Episcopus (ideo Praesul, quasi «prae aliis saliens», dicebatur) princeps chorearum seriem saltans et ipse inchoabat; quod neque apud Aletrium in Italia in festo S. Martyris et Papae Xysti, a recordatione discessit, neque in pago Astiens obsoleatum oblitumque, ubi novus conseretur sacerdos.

Neque longius a choreis abeunt illae fabulae, quibus more mimorum, sive martyria, sive casus aliqui, quamvis et sacri et augusti, reddebantur. Sic fuga Virginis in Aegyptum ferentis Christum puerum; sic, quod et adhuc Panormi est in Resurrectione Dominicana, simulacra plurima sanctorum feruntur per urbem hac illae reviviscentem Iesum querentia, feruntur cursu, et exsultant reperto.

Quem latent ritus aevi, quod dicitur medium? Sunt adhuc alibi vestigia, alibi integrae res; paucis tantum in locis obsoleverunt, atque exsularunt. Festum S. Corporis Christi in Hispania praeceps Barcinone, Saragotiae, in Balearibus insulis habet cohortes «Gigantones, Nanos» et similia, qui aliquod pyrrhicum hastis reddunt.

Sempiternus ero si omnia velim huiusmodi exquirere, et narrare. Iam ad nostra venimus

tempora, quibus maxima laus choreis accessit, maximae saltatoribus et saltatricibus apparantur divitiae, cuius rei exordium ferme videmus Aloisio XIV in Galliis regnante. Iamque inde novam ineunt choreae viam, novus illis est ordo, novumque templum in theatro est.....

P. ALEXIS.

ANNALES

Chilenses atque Argentinae discordiae — Columbianum atque Venezuelanum bellum — Pyratae in Sinis — Transvaaliana — Polonorum tumultus et Magni Russorum Ducis in Germaniam iter.

De Chilensibus atque Argentinis discordiis iidem sunt ac semper, ab inita usque hodierna contentione, novissimi nuncii, obseutra nimirum, atque inter se protinus pugnantia. Sunt qui Bonearensi ex urbe quadringentas legiones revocatas ad signa dicitent, quique Chilenis magistratibus mentem esse asserant centum et quinquaginta millia militum ad bellum conscribendi. Haec contra negantur passim, et proxime quidem inter utramque gentem renovanda concordia confirmatur. Quae quidem auspicia eara Germanis praesertim esse audiuntur, qui non modo maxima plane cura quem ad modum partes se se gerent, verum etiam quaenam colonis suis ex gentibus per Chilensem oras satis frequentibus, mansura forent observarunt. E reliquis Europae populis, Angli atque Americani praesertim, officia sua ultiro contendentibus ad mediationem pacis obtulere.

★

Dum itaque Argentini atque Chilensi gravitate imminentis belli quasi exterriti abstinent ab armis, Venzuelani atque Columbiani in agmen descenderunt. Quodsi Columbiani defere armis in praesens dicantur, fama tamen est brevi novas copias, tum rei frumentariae, tum armorum, ipsis parari.

Interim a Mexicanae reipublicae urbe capite legati tota ex America missi, qui de americanis rebus consulenter, recedunt; recedunt infecta prorsus re nullamque utilitatem suo ex inceptu lucrati.

★

In Sinis post nostrorum discessus rursus exarsescere coepit ferocia gentis, eaque audacia eriminum confirmata. Pyratarum gesta per Se-Kiang occidentalis fluminis aquas latius in dies littus vastant. Iamque post Kum-Seiuk oppidum ab iis captum repentina incursu, terram omnem circa ferro et igni funditus evertente. Cantonii ipsa in urbe maximi metus insunt de quibusdam navibus, mercatoria re maximi pretii onustis, quae abhinc dies aliquot ex portu per Se-Kiang flumen aggressae sunt iter versus septentrionem, de quibus nihil amplius innuit; inde conjectatur eas quoque in pyratarum manus incidisse.

★

Quamquam tertii iam properet anni terminus, ex quo primum Anglorum bellum in ultima Africa inditum est, eius tamen vices ad exitum quoddam perduci haud videntur. Mox Kitchener dux ad novam moderandi bellum artem sese addidit. Oppida nimirum satis mu-

nita in dissitis iusto spatio locis iisque editis capere; si quae desint constitueret, vallo atque focea munire, tormentis instruere, ut inde cum statutis legionibus circum per subiecta loca ubique circumspicere detur; quod si hostes discurrent, statim emitat alas vel cohortes eo quo occasio requirat, atque in concurrentes vel palatim praedantes tamquam ex insidiis impetum faciat: si denique adversa sorte pugnatum fuerit tute in suos fines milites sese recipient.

★

Ad ultimum anni mensem commovendum inopinato supervenire Polonorum protestationes et tumultus in Germanos. Cum his rationem quaerendam plures credunt itineris illius quod Magnus Russorum Dux, futurus qui regni heres videtur, Berolinum his diebus suscepit. Quidquid fuerit, id tamen constat, dum scribimus omnia iurgia esse remissa.

POPLICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS

LEGIBUS FERENDIS

IN Austria, post latam summis administris auctoritatem pro tempore rerum gerendarum, ad diem XXII proximi mensis utriusque coetus sessiones sunt dilatae.

In Bulgaria collegium administratorum cui Karavelow praeerat, ob repulsam ab oratoribus populi rogationem de novo aere alieno contrahendo, a munere recesserunt; verum, Principe fidem ipsis itante, redierunt statim ad officium.

SCRIBA.

AENIGMATA

I.

Reete me legito: sortes praedico futuras.
Ad nihilum redigor, retrorsum si legor a te.

II.

Pronomen monosyllabicum duplicebo. Quid inde
Nascitur? Aethiopes quam coluere, dea.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet

PETRI ANGELINI

CARMINA

AD LEONEM PP. XIII.

Aenigmata an. IV, n. XXI proposita his respondent:

1) Terminus; 2) Adam-as.

Ea rite soluta miserunt:

Th. Vignas Sch. Piar.; Caiet Destro; Herm. Iacobelli; Quint. Mirti della Valle, Roma. — Ios. Ulbricht, Mariaschein. — Prince Gordon, Mancunio. — D. Le Provost, Briocen. — Herb. Strong, Liserpato. — Cam. Straschill, Villaco. — Fr. Sallares Sch. Piar., Sabadello. — V. Lommatsch, Limbach. — Eug. Sosio, Bormio. — Ioan. Cantone Ceva marchio, Vercellis. — Ioan. Sobczynski, Katiscz. — St. Figielksi, Rypino. — P. G. Z. Modoetka. — I. Szymbaitis, Opitoloki. — Fr. Altobelli S. I. Neapoli. — Guil. Schenzi, Ratibona. — Alex. P. Gest, Lamberg. — Ios. Wabner, Varsavia. — Am. Robert, Marienthal. — Ios. Walter, Neo Eboraco. — Herm. Gini, Taurini aquis.

Sortitus est praemium

ALEX. P. GEST.

ad quem missum est opus, cui titulus:

AD LEONEM XIII

CARMEN QUOD CECINIT

IANUARIUS ASPRENAS ROCCO.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Petri Phil. Cuggiani.

o locis iisque editis
stituere, valle atque
struere, ut inde cum
per subiecta loca
quod si hostes dis-
as vel cohortes eo
in concurrentes
quam ex insidiis
adversa sorte pu-
fines milites sese

em commovendum
orum protestationes
Cum his rationem
itineris illius quod
rus qui regni heres
us suscepit. Quid-
at, dum scribimus

POPULICOLA.

EM COETUS
NDIS

s administris auto-
gerendarum, ad diem
coetus sessiones sunt

nistrorum cui Karab
or oratoribus populi
contrahendo, a mu-
nicipi fidei ipsis ite-
um.

SCRIBA.

TA

dico futuras.
m si legor a te.

plicabo. Quid inde
colvere, dea.

FR. PALATA.
enigmatis inter-
ii moderatorum
s, unus, sortitus,

XIII.
ta his respondent:
am-as.

ro; Herm. Iacobelli;
bright, Mariaschein.
Provost, Briocen. —
chill, Villaco. — Fr.
natzsch, Limbach. —
a marchio, Vercellis.
ki, Rypino. — P. G. Z.,
Fr. Altobelli S. I.,
Alex. P. Gest, Lam-
Am. Robert, Ma-
r. Garrone, Pezzana,
a. — Aug. Roberge,
enberg, Monasterio
ato. — Ad. Skrzyp-
o. — Alois. Cappelli
rm. Gini, Taurinensis

I
NIT
Rocco.
PI, iurisperitus.
Cuggiani.

CONSTANTINI PISONI

CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM EXCELLENS, PRAEMIIS INSIGNE


ab anno MDCCCHI constitutum

Romae in Italia, Corso Vittorio Emanuele 127-129 et Via de' Sediari 1, 2, 3.

Vaticanam Basili-
cam instruit, quoties
de Beatificatione aut
Canonizatione so-
lemne sit.

Clientes frequen-
tissimi sunt in Urbe,
in Italia et apud ex-
teras gentes.

Fama
undique manavit.



Cereas faculas ad
noctem conficit, eas-
que ad decem usque
ac duodecim horas
diurnas, Ecclesiis
ac familiis necessa-
rias, quod parsi-
moniam cum salu-
bitate et munditie
coniungant.

Vitrea
faculas suppediat.

OPIFICII PISONI PROSPECTUS
ROMAE, Via Orti Alibert 13-15 (Lungara).

Res per omnem orbem exportatur nullo iubentium impendio

PER ORBEM

NOBEL, Norvegus ille vir celeberrimus, ignitae pulveris, his diebus perniciosissimae, faber primus, cum supremam sibi diem accedere sensit, poenituisse quodammodo operis sui visus est, quod in hominum necem oculis procurandam paraverat, ac voluisse testamento, si quid male fecisset, postuma liberalitate redimere. Statuit igitur ut, quas congesserat, divitiae in oppositam prorsus metam, sese demortuo, erogarentur, pacis atque civilium studiorum provehendorum praemia. Inde factum est ut iisdem cumularentur passim qui reipublicae atque communitatibus universae per orbem omnem maxime mererentur. Triennio itaque mox ab anno MDCCXCIV abacto primum a Stockholensi coetu, ab ipso testatore ad rem constituto, leeti viri sunt quos decreet tanta coram omnibus hominibus gloria donari; et hac lege res distributa: Praemium ob merita in pacem inter homines promovendam Enrico Dunant, medico ex helvetica stirpe clarissimo, qui sodalicium condidit notissimum a rubra cruce appellatum, quique fuit Genevensis pactionis auctor. Cum eo item Fridericus Passy similiter decoratur civis Lutetiensis rerumque oeconomiarum cultor sapientissimus. Sequuntur honores pro disciplinarum in naturae investigationem incumbentium maximis doctoribus positi, qui quidem diuidicati sunt Behering medico in Hallensi athenaeo doctori, qui lympham contra diphtheritem » confecit, Van 'T. Hoff ex Berolensi athenaeo chymiae lectori, Röntgen physices institutori, atque notissimae eius lucis inventori, qua corpora trans foduntur. Praemium denique pro poematis Sully Prudhomme Gallus ob-

tinuit, in Gallicam Academiam cooptatus, eius celeberrimum carmen *Vase brisé* titulo omnes norunt.

Gaudet quidem animus inter occidentis anni moeres, clades atque infortunia, pacificos recoluisse triumphos; gaudet, etsi nec modo desint unde mens gravi tristitia opprimatur. Illie enim Iberi opifex, vectores, baiuli atque agricolae Oviedo in urbibus ac Barcinoniae, hinc Bellogradi Serbi, hinc Budae Hungari tumultuantur.

Humanas seditiones marinae tempestates aemulantur. Interni maris nostri littora Massiliensisque portus undarum furore pessime sunt vastata.

Queruntur eadem Angli. Quorum qui navicularum bellica in classi adlecti Harwich prope portum suis exercitationibus vacabant, dum noctu innatant atque moventur iuxta imperata, Cambridge itineraria navis, nebula visum impidente, eas in medias repente irruit, quarum cui Salmon nomen, cum plenum in latutus congressum inopinum sustulisset, duas in partes divisa est. Quamquam nautae statim auxilium accipientes tracti sunt ad salutem.

Quoniam vero non omnia sunt ita tristia atque malo omne nata, quae meliori auspicio evenierunt extremo loco memorare praestat. Eaque immo Buda eadem vidit, Hungarorum civitas caput, cuius in moenibus iterum his diebus summi catholicorum viri ad comitium convenere. De litteris, de doctrinis, de ingenii artibus actum, atque tripartitus inde labor est. Additae insuper legationes, quae de

catholicis pueris instituendis, ac de christianis civitatibus redimendis consulerent. Eodem tempore Eucharisticus coetus celebratur, Hungarorumque erga Catholicam Ecclesiam merita atque opera dinumerantur.

Sistamus heic gradum inter Fidei nostrae sanctos triumphos ad Natalicias ferias iusto gaudio celebrandas opportunos; faustumque sit cuique novi anni initium, atque optima dona venturos in dies paret fortuna, mihique laetiora dedat itinera per orbem dimetiri.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

IOANNIS IOVIANI PONTANI Carmina. Testo fondato sulle stampe originali e riveduto sugli autografi, con introduzione bibliografica ed appendice di poesie inedite a cura di Benito Soldati. — Vol. I-II. Florentiae edid. I. Barbéra, 1902.

M. TULLII CICERONIS de re publica lib. II. Luoghi scelti connessi e commentati da Angelo Lerra. — Ex off. I. B. Paravia et soc., 1901.

AMERIGO SCARLATTI. Referendum di una musa. — Ex off. I. B. Paravia et soc., 1902.

NIGRO LICÒ. La protezione degli animali. — Mediolani edid. Adalricus Hoepli, 1902.

Le battaglie per la vita e la scelta di una professione. Precetti, esempi ed aneddoti del prof. GUSTAVO STRAFFORELLO. — Mediolani edid. Adalricus Hoepli, 1902.

GAETANO NEGRI. L'Imperatore Giuliano l'Apostata. Studio storico. — Mediolani edid. Adalricus Hoepli, 1901.

SOCIS COMMENTARI "VOX URBIS", PRAEMIA CONSTITUTA IN AN. MCMII




« Pallas Minerva ». — ALEXANDRI PHILIPPEPI (v. *Botticelli*) tabulam hanc « photocromice » expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et *Vox Urbis* sociis dono largitur in an. MCMII (Cfr. huius Commentarii operculum pag. 2).



« Madonnina » RUPERTI FERRUZZI tabula, quam « photocromice » expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et *Vox Urbis* sociis dono largitur in an. MCMII. (Cfr. huius Commentarii operculum pag. 2).



« Maria Puerum Iesum adorans » — PHILIPPI LIPPI tabulam hanc « photocromice » expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et *Vox Urbis* sociis dono largitur in an. MCMII. (Cfr. huius commentarii operculum pag. 2).



« Maria Virgo Infantulum suum adorans » ANTONII ALLEGRI (vulgo *il Correggio*) tabulam hanc « photocromice » expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et *Vox Urbis* sociis dono largitur in an. MCMII. (Cfr. huius commentarii operculum pag. 2).